



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quæ opera Christi, & eorum effectus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

tamen Prophetæ veteri more, quo vſus eſt Moſes. Ille enim ex Agypto veniens terram filiis Iſrael promiſſam, ſemper ait eſſe trans Iordanem, cum loquendi poſſet retinuerunt, ut eiebro terram ſuam dicerent trans Iordanem, cum tamen ipſis eſſet cū Iordanem. Eo plane modo quo Galli & Germani dicimus nos eſſe trans Alpes; quia olim Romani ſui ſitus reſpectu, has regiones trans Alpes, & Tranſalpinas eſſe dixerunt.

§. 4. Euangelista Propheſia teſtimonium non integrum protulit, ſed quantum ad inſtitutum erat neceſſarium. Propheſia grauiſſimam affectionem ſignificat, & ſolacium, ut ſolet adiungit. Euangelista alleluatam, & aggrauatam eſſe terram non dicit, ſed terram diſtinxit nominatim; quia de illa priore aggrauatione, atque alleuiatione non attinebat eum loqui, qui de magna luce quæ illis eſſet dicere inſtituerat. Itaque omniſis illis quæ ſibi neceſſaria non putauit, alia ſolum poſuit. Quæ quidem in re nulla eſt repugnantia; Omittere enim aliquid eorum quæ alter dixit, cuius ſententiam reſert, non eſt illi repugnare. Viſitiffimum namque eſt, ſeminas atque præcipuas partes alienorum verborum inſtituto accommodatas recitare, cum teſtimonia petuntur, non integros textus adſcribere.

§. 5. Non poſſunt ad liberationem Babyloniam reſerre Iudæ, neque eam quæ facta eſt à Sennacherib. Ratio enim præcedentium & conſequentium maniſeſtiſſime declarat, ad Meſſiam pertinere Propheſiam. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius non ſuperauit, ſicut in die Madiam, ut dicitur v. 4. Nam ſub Perſarum, deinde ſub Græcorum regibus, minime liberi, ſed multis modis afflicti fuerunt. Et v. 6. Cauſam tot bonorum adducit: Paruulus enim natus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerum eius, etſi enim paruus, totius tamen orbis imperium ſecum fert. Quin paruulus ille Pater eſt futuri ſæculi, quia caput Eccleſiæ triumphantis, ipſe æternus, & beata æternitate omnes amicos munerans. & verſ. 7. Multiplicabitur imperium eius, & pax non erit ſinis, ſuper ſolum David, & ſuper regnum eius ſedebit: ut confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia, æmulo, & viſque in ſempiternum. De luce igitur illa agitur, quam intulit Chriſtus orbi, quæ ſeruatum eſt imperium Davidis in ſempiternum, quæ omnia non niſi de Meſſia dici poſſe Iudæi fatentur iſta, & textus demonſtrat.

VERSUS 18.

Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres; Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, (erant enim piſcatores.) & ait illis; Venite poſt me, & faciam nos fieri piſcatores hominum.

QVÆSTIO I.

Quomodo de vocatione Apoſtolorum conſentiant tres Euangelisti?

§. 1. Matthæi narratio eſt breuior, & ſine circumſtantiiſ, non diſcrepans à cæteris, vocatos enim relictis retibus ſecutos, ait. At quæ apud Lucam ſunt ſ. 10. & Ioan. 1. 40. plus diuerſitatis habere videntur. Lucas namque Petrum & Ioannem, & Iacobum poſt piſcium capturam ſecutos ait. At Ioannes Andream

primo Chriſtum acceſſiſſe, deinde Petrum duxiſſe. v. 37. Et conuerſus Ieſus vidit eos ſequentes ſe, & quærentibus vbi habitaret. Reſpondit: Venite & videte: & manſerunt die illa apud illum, erat autem hora quaſi decima, inuenit autem Simonem Andream, & adduxit ad Ieſum.

Hæc vocatio non fuit propria, nec enim niſi illa die Euangelista manſerunt apud Ieſum, ſed altero die ad nauigia redierunt. actum ita vocati ſunt, ut omnibus relictis ſequerentur, ad relicta non redituri. Contigisse autem illud altera die conſtat. Nam acceſſus ad Ieſum de quo Ioannes reſert, factus eſt hora decima, circa diei finem, ea die non fuit Chriſti concio in nauī Petri, & piſcatio, tum quia tempus non pauebat ſiſta fieri, tum vero quia v. 39. Manſerunt illo die apud illum. Itaque ſumpta cæna ad nauiculas redierunt. Illa autem nocte tota laborauerunt, & nihil ceperunt, & mane cum concio ſinita eſſet, multitudinem piſcium comprehenderunt. Id ex eo conſtat, quod eadem die Philippum vocauit, In crastinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum; at Andream & Petri vocatio Philippi vocationem anteceſſit. Denique die tertio nuptiæ factæ in Cana Galilææ, in quibus fuit Ieſus cum diſcipulis ſuis: ante tertium igitur diem vocati ſunt.

§. 2. Anabaptiſta hoc argumento omnes Eccleſiæ Anabaptiſta doctores, & piſtores renunciare cunctis rebus ſuis debere contendunt. Quod tamen Dominus non omniſis rebus, ſed Apoſtoliſ ſuis præcepit. Hoc ergo factum vim ſtores niſi legis non habuit, ſed in Apoſtoliſ neceſſitatem, cum inquit renunciant omnia, ſum mundum mittendi eſſent. Neque enim Chriſtianorum Ieroſolymis omnia vendentium, & ad pedes Apoſtolorum deponentium, exemplo ceteri ſe abdicare rebus ſuis coguntur, neque Eccleſiaſti Apoſtolorum. Verum hæc de alio loco propria eſt ratio diſputandi.

VERSUS 24.

Et abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, & tormentis comprehenſos, & qui demonia habebant, & lunaticos, & Paralyticos. & ſanauit eos.

QVÆSTIO I.

Quæ opera Chriſti, & eorum effectus?

§. 1. Opinio ſeu ſama deſcendit aī emanare per Gloria Chriſti totam Syriam, in qua Palæſtina, Idumæa, ſilalæ ſpartæ Syrophœnicia, Syria Damascena, Antiochena, Syria, Caſia, pars Arabiæ, totaque regiones fertilioris Aſiæ: Nam ab Oriente terminum Euphratem; à Meridie Aegyptum & mare rubrum; ab Occidente mare mediterraneum; ab Aquilone Ciliciam habet. Magna in celebritate Chriſtum fuiſſe, oſtendit, ut ſimul doceat, neminem ex improbis excuſatum, qui tanta miracula videret, & quam altè peccatis ſepulti iacerent, qui tanta nouitate non excitarentur.

§. 2. Inter eos quos ſanitate donat ſunt variū, ut conſanitates ſter omnem humanam facultatem excedere, omnem miraculoſa, medicinæ opem, tam ſubitam omniū malorum perſanationē. Primo n. ſunt κακῶς ἔχοντες ποικίλοι νόσοις, quoslibet morbus indicat; deinde βαρύνοντες quod acutos, & crudeles ſignificat, quod Eraſmus non rectè tormina interpretatur; illud n. vilitatē vnum genus morbi eſt.

Tertio loco ſunt δαίμονι ὑποδύοντες, quod nonnulli peſſimè Energumē-vertūt, furioſos, cū ſignificet eos quos demon obſider, nipharmas quos ἐνεργούμενοι vocant ſcriptores Eccleſiaſtici: quorū cū ſanari ingēs in cæca gētilitate numer⁹ inueniebant. Beza rectè non poſſunt

culpant eos, qui furiolos seu *paucos* appellant, ne quisquam putet non esse aliud Diabolū, quam *paucos*, aut humorum intemperiem, quæ Pharnacis sanari queat. Magni tamen & ille in errore est. ait enim: Veteres vocantur *exorcistæ*: qui tamen Christo nomen dederant, & inter Catechumenos confitebantur: quibus in integrū restituendis adhibebantur quos exorcistas vocabant, certū adorationibus adhibitis, quæ iam olim magno errore, sicut & alia non pauca solis adultis conuenientia, in formulam baptismi puerorum inreperunt.

Christiani
Ethnicos à
dæmone li-
berabant.

Primus error est solos catechumenos, quos demon obfidebat, sanatos; omnium enim incolumitati etiam infidelium studebant exorcistæ, Hilariū è camelo dæmonem expulit, notissimo illo vsus dicto, In camelo, & vulpecula idem es. Tertullin. Apologetico. cap. 43. Quantos habetis, non dico, qui iam de vobis dæmonia excutiant, non dico, qui iam pro vobis quog, vero Deo preces sternant. & c. 27. à Christianis subigi ait dæmones. Exemplo probat lib. ad Scapulam c. 4.

Verum constat passim dæmones Christianos timuisse, fugisse: ita ut frequenter obiciant Christiani Ethnicos suā operā ipsos à dæmonibus liberari.

Exorcismus
in baptismo
probat.

Alter error Beza est, exorcismi locum non esse in baptismo baptismi paruulorum, cui cum patribus, & nota Catholica Ecclesia resistunt etiam Lutherani. Si enim omnes nondum Christo per baptismum insiti, sunt obnoxii Diabolo, ad infantes etiam pertinet liberatio, ad quos pertinet captiuitas. Vniuerso orbe verus Ecclesia exorcismum in baptismo vsurpauit. Genad. de Eccles. dogmat. c. 30. Illud etiam quod circa baptizandos in vniuerso mundo sancta Ecclesia vniuersim agere non otioso contempletur intuitu: cum siue paruuli siue iuvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quam exorcismus & exsufflationibus clericorum ab eis spiritus immundus abigatur; ut tunc vere appareat quoniam princeps huius mundi mittatur foras, & quo modo prius alligetur fortis.

Testis est etiam Cyrill. Catech. mystag. 2. Nazianz. de baptismo. Amb. de sacram. lib. 1. c. 5. Chryl. hom. de Adam & Eva. Aug. lib. 2. c. 4. de peccato originali. Optatus. l. 4. Insigne præterit quis testimonium est Cypri. Epist. ad Magnum quæ est 76. Quod hodie etiam geritur, ut per exorcistas voce humana & potestate diuinā flagelletur, & vratur, & torqueatur Diabolus: & cum exire se & homines Dei dimittere sepe dicat, in eorum amen quod dixerit, fallat & id quod per Pharaonem prius gestum est, eodem mendacio oblationis & fraudis exerceat. Cum tamen ad aquam salutarem, atq, ad baptismi sanctificationem venitur, scire debemus, & fidere, quia illic Diabolus opprimitur, & homo Deo dicatus diuinā indulgentiā liberatur.

De exorcismo Aleuinus, ut & aliis de ritibus scripsit. Græcorum exorcismi forma habetur apud Severum Patriarcham Alexandrinum. Tertullianus lib. de præscript. aduersus hæreticos, cap. 14. Grauerit reprehendit mulieres apud hæreticos, quod tam proceres sint, ut audeant, docere, contendere, exorcismos agere, curaciones repromittere, forsitan & vinguere.

Exorcista
dæmones e-
iciunt.

§. 3. Hinc exorcistæ in Ecclesia eorum officium est; qui dæmonem adiurabant, & corporibus exigebant: meminit exorcismi suo tempore Epist. 2. ad Donatum Cyprianus. Immundos & erraticos spiritus, qui se expugnandis hominibus immerferint, ad confessionem minis increpantibus cogere; ut recedant, dura verberibus vrgerent, confuscentes, et limes gementes; incremento per propagantia extendere, flagris cadere, ignem trerre. Res illi geritur, nec videtur: Occulta plaga & pena manifesta. Hæc S. Cyprianus de re quam visitat, atq, in omnium oculis omnino, nec modo Christianos, sed infidelis quoque liberabant.

Et ad Demetrianum. O si audire eos velles & videre, quando à nobis adiurantur, & torqueantur spiritalibus flagris

& verborum tormentis de obsessis corporibus eiciuntur, quando ciuitates & gentes voce humanā, & potestate diuinā flagella & verbera sentientes venturum iudicium consentiunt, & c.

Si de Christianis solis ageretur, merito reponeret Demetrianus persecutor impius in illis ex composito ista fieri, at in suis quoque eadem Christianorum benedicta experiebatur. Hæc de virtute seu dono eorum, qui dæmones pellebant.

§. 4. Exultat in his contra inanes hæresum congregationes antiqua veritas. Christus dæmones eiecit, eam potestatem discipulis dedit, mansitque in posteris, omnibus enim ætibus mundi per Catholicos eieci sunt dæmones, hodieq, eiciuntur à multis, atq, locis plurimis. Nulla eam potestatem hæresis consecuta est, paucissimi, sed infelicitè tentarunt. Sola igitur illa fides vera est, quæ dæmonibus dominatur, sola vera Ecclesia à qua portæ inferi conuelluntur. Non credo illi sectæ, cuius auctores vel f. etatores nullus vnquam dæmonum horruit. De suis temporibus Scriptores singuli mentionem faciunt, Gentilibus insulant, nec modo æuo martyrum, sed posterioribus etiam temporibus. Hieronymus, Augustinus, alii referunt, nostro tempore plurimi videntur; ita ut vel hac sola se sint excusabiles, qui cum in Catholica Ecclesia constanter eam potestatem manere priorum testimonio, præsentium experientia didicerint, in alias tamen sectas abeunt, quæ ne falso quidam præsumere, aut iactare audent aliquod in dæmones imperium. Verum de hoc genere adscribere libet, quæ doctissimus Pammelius in Cypriani Epistolam 76. annotat. Vetusissimum vero esse Exorcizandi in Ecclesia morem, etiam Ethnici testantur. Vlpianus enim Iureconsultus alexandri Imperat. (teste Lampridio) consiliarius & scrip. magister, ff. de Var. & extraord. cognit. libro. 1. §. Medicos: si incantauit (inquit) vel imprecatus est, vel (ut vulgari verbo imposterum vtar) si exorcizauit, non sunt ista medicina genera. Sic enim rectè legit Remundus Rufus lib. sap. citato pro eo quod vulgo legitur: In posterum. Impostores enim Christianos vocabant, unde & eodem respectu videtur in Nerone Suetonius Adriani Imperat. Epistolarum magister, dum Christianos vocat genus hominum superstitionis nouæ & maleficæ. Neq, vero exorcismi duntaxat vsus fuit ad expulsiōem dæmonum, in iis quos Energumenos vocabant, verum & in baptismo. Ad quem haud dubie alludit dicta 2. Epistola auctor noster. Frequentissimè eiusdem meminit D. August. immo lib. 2. de gratia Dei & pecc. Orig. c. 40. ac lib. 2. de nupt. & concupis. c. 29. antiquissimam Ecclesiæ traditionem dicit. D. etiam Chrysost. hom. de Adam & Eva, Opt. Mil-leui. lib. 4. contra Parmen. D. Nazianz. Orat. de baptismo. ac D. Dionysius, Areopag. Eccles. Hier. c. 1. dum exsufflationis in dæmonem meminit, quæ in exorcismo exerceri solet. Imò & ab Apostolis vsu exorcismos & à Christo ipso, manifestum sit. Act. 19. & Marc. 5. hic enim legitur: ὁπίσω σερὸν Ἰερὺ, illis vero ὁπίσω Ἰερὺς Ἰερὺ δὲ Πάϊδ & ὁπίσω. Quod voce Scripturæ vsitatā vertit interpres. Adiuro te & adiuramus vos: quam & in Luidio alicubi vsitaram hac significatione volunt quidam. Potestatem quoq, eiciendi dæmonia diserti verbis Apostolis suis Christus tribuit Matth. 10. & Luc. 10. Marc. 16. Eodem Act. c. Indeorum Exorcistaram sit mentio, de quibus etiam illud Matth. 22. Filij vestri in quo eiciunt, interpretatur D. Hieron. in Comment. ab illis igitur ad Christianos translationem est & nomen & ministerium. Nam Salomonem inuenisse modos conuersionum quibus effugantur dæmones, testis est Ioseph. lib. 8. Antiquit. & Rabanus Maurus c. 10. lib. 1. de Institutio Cleric. ubi & formam ordinationis eandem quæ hodie vti-mur adfert ex Concil. Carthag. 4. Canon. 7.

§. 5. Exorcismus infantum à Calvinistis omnino reieciunt, à Lutheranis retinerunt. Crellius Saxonis Elektoris Consiliarius, multos prædicantes perse. utus est, therani, & Patia expulit, quod Exorcismum dimittere recu-damant farent; at Nicolaus Plumius in funebri oratione quæ Caluini post eius supplicium habuit, refert, se suiq, in carcere illi

illi dixisse: Non posse eam ceremoniam omitti bona conscientia, eos porro, qui omittunt, facere se de malum abominationum reos. Atque eo loco quin-

que rationes adferunt, cur retinendus sit Exorcismus. Vide ista Crelliana, & concionem funebrem.

CAPVT V.

VIDENS autem Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. 2. & aperies os suum docebat eos, dicens. 3. Beati pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. 4. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. 5. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. 6. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. 7. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. 8. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. 9. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. 10. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. 11. Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos, mentientes propter me. 12. gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis: sic enim persecuti sunt prophetae, qui fuerunt ante vos. 13. Vos estis sal terra. Quod si sal euauerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. 14. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. 15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. 16. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in celis est. 17. Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut prophetas, non veni soluere, sed adimplere. 18. Amen quippe dico vobis, donec transeat caelum & terra, tota unum, aut vnus apex non prateribit a lege, donec omnia fiant. 19. Qui ergo soluerit vnam de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum. 20. Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. 21. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. 22. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui transiit fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenna ignis. 23. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recondatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te. 24. Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offers munus tuum. 25. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici, & index tradat te ministro, & in carcerem mittaris. 26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. 27. Audistis quia dictum est antiquis: Non machaberis. 28. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam machatus est eam in corde suo. 29. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eum, & proice abs te: expedit enim tibi ut pereat vnus membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. 30. Si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proice abs te: expedit enim tibi, ut pereat vnus membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. 31. Dictum est autem, Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudij. 32. Ego autem dico vobis, Quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam machari, & qui dimissam duxerit, adulterat. 33. Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non periuurabis, reddes autem Domino iuramenta tua. 34. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neq. per caelum, quia thronus Dei est. 35. neq. per terram, quia scabellum est pedum eius, neq. per Ierosolimam, qui ciuitas est magni regis. 36. neq. per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. 37. Sit autem sermo vester, est, est, non, non, quod autem his abundantius est, a malo est. 38. Audistis quia dictum est, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. 39. Ego autem dico vobis, non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, praebe illi & alteram. 40. & ei, qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. 41. & quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo. 42. Qui perit a te, da ei, & volenti mutuari a te, ne auertaris. 43. Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. 44. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. 45. Et sitis filij patris vestri, qui in celis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. 46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? 47. Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? 48. Estote ergo vos perfecti, sicut & pater caelestis perfectus est.

IN CAPVT QVINTVM

ARGVMENTVM.

IESVS CHRISTVS in montem conscendens optimis credendi viuendique Concilio praeceptis discipulos imbuuit. Quam in re vita beata consistat, initio exponit. Deinde officij omnes admonet, legisq. perfectam obseruationem cunctis commendat. Lektionen duas signatas Syriacus textus habet, Primo Apostolorum & Patrum, in illorum enim memoriis legebantur omnia vsq. ad versum 21. Inde vsq. ad finem Matutinis tertiae sortis septimanae, quae ieiunium praecedit.

QVÆSTIO